Allegationibus evasionibus, dilationibus verà vel simplici infirmitatibus motionibus appellatio
nibus ac earum quibusvis prosequutionibus, alijs et universum cunctis iuris remedijs et defen
sis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abstinen
do et abrenuntiando sub amissione sui et suorum successorum totalis et integrae causae.

Wroblewski Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransceñ[sibus] personaliter comparens No
bilis Bartholomaeus olim Adami Sokołowskij sanus mente et corpore existens palam pu
blice ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Adal[berti] Wroblewskij affini suo obliga
tionem suam in haereditate Wroble[wo] sitam sibi recognoscenti per Nobilem Felicianum olim
Nicolai Wroblewskij in decem sexagenis polon[icis] coram actis authenticis inscriptam cum omni
moda potestate eiusmodi inscriptionis sui ac parata intromissione tuitione evictione
ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneq[ue] et integrum ius suum
sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie transfert et transfundit intromis
sionem illi exnunc realem cum pacifica possessione per ministerialem et alteros duos officio acceptandam
dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Zaleski Exemit

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparentes No
biles Nicolaus et Joannes olim Joannis Topczewskij sani mente et corpore existentes pa
lam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobilis Hieronimus olim Pantaleonis Zale
ski ex obligatione bonorum in haereditate Zalesie consistens per olim parentem suum Joan
ni Dragowski inscriptam et per ipsum Dragowski Nobili Jacobo Łukawski demissa
tandem parenti suo cessa quatuor sexagenas polon[icas] ex integro persolvit ideo
ipsum quietat emittit inscriptionem eiusmodi cassat et de bonis condescendit.

Pierzchala Sczurczyk Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparentes Nobiles Nico
laus et Joannes olim Joannis Topczewski sani mente et corpore existentes palam libereq[ue]
recognoverunt. Quia Nobili Joanni olim Alberti Pierschała Sczurcik obligationem terrae
immobilem in bonis Zalesie sitam per olim Nobilem Pantaleonem Zaleski Nobili Jacobo Łukawskij
in decem florenis polon[icis] coram actis ... feria secunda post festum Circumcisionis Chri
sti Domini millesimo sexcentesimo septimo praesentibus inscriptam tandem parenti
suo cessam cum omnimoda potestate inscriptionis sui ac parata intromissione evi
ctione ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneq[ue] et integrum
ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie transferunt et transfun
dunt intromissionem illi exnunc officio acceptandam dant et admittunt.

Eiusdem Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis
Agnes olim Georgij Zdroikowskij consors Nobilis Theophili Olszewski cum eodem marito sui
Nobili tutore coniugali personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore exi
stens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Alberti Sczurczyk
Pierschała et eius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Pierschały con
sistentem in loco dicto Odmiany totam et integram sortem suam quicquid ibi ipsam
concernit a granicie Olszewska ad fluvium granicie ...